

habuit, et disputationi Lutheri cum Eccio Lipsiae habitae An. MDXIX. non solum interfuit, sed etiam praefuit. Testis est Petri Mosellani epistola ad Iulium Pflugium, quam ex *αυτογραφή* dedit Schilterus de libertate ecclesiarum Germ. lib. VII. c. II. p. 845. Imaginem elegantissime pictam in tabella minuta possidet Io. Burch. Menckenius, solidioris doctrinae gloria excellentissimus, urnam seruat Paullinum Lipsiense perpetuo dignam vere.

Albinus in Chronico Misnico tit. XXV. p. 357. III. Seckendorff. Hist. Lutheranismi Lib. III. Sect. XXV. §. 86. p. 389. de nostro ita scribit: natus erat patre Caesare Pflugio Eytrae, optimi in Episcopatu Mersburgensi, haud procul Luzena et Lipsia praedii domino, et nobilissimis in Misnia familiis affinitate iunctus, eleganter eruditus, et doctoris titulo ornatus.

## II.

Ingenii formatores habuit praestantissimos Petrum Mosellanum,  
A 4 illum